



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesia Cathedrali Cæsaravgvstæ. Ioannis Baptistæ  
Tvrricelli Responsum**

**Torricelli, Giovanni Battista**

**Romae, 1656**

Num. 3. Praedicta adminiculis corroborantur, & primo ex residentia  
Episcoporum in Ecclesia del Pilar: praecipuè vero SS. Valerij, & Braulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13380**

3

stolo Presbyterum, sed alterum discipulum Athanasium,  
nomine Cæsaraugustæ Episcopum designatum, quibus au-  
toribus standum esse maximè in facto antiquo, admonet  
*textus in l. i. ff. de offic. prefect. Prator. l. si testamenta. C. de*  
*testam. Bart. in l. i. num. 22. ff. si cert. petat. & Felin. in cap.*  
*ex parte num. 49. de rescript. Ideo admissa Constitutione Ec-*  
*clesiæ del Pilar, & Constitutione Episcopi in Vrbe Cæsa-*  
*raugustana eiusdem Ecclesiæ Cathedralitas probari vide-*  
*tur quia dato Episcopo, & Ecclesia ratione coniugij spiri-*  
*tualis oritur Cathedralitas ad text. in cap. inter corporalia,*  
*vbi Imola num. 10. de translat. Prelator. quæ quidem Ca-*  
*thedralitas in Ecclesia tantum B. M. videtur posse conside-*  
*rari cum ea tunc temporis vnica esset atque ita unicum*  
*obiectum cui dicta qualitas adhereret prout arguit Rot. d. de-*  
*cis. 353. num. 29. & 30. & P. Lezana d. cap. 2. à num. 31.*

Corroboratur argumentum pluribus adminiculis, quorum duo  
tantum veluti præcipua subnectam.

Primum suggerit adminiculum asserta Episcoporū commo- N. 3.  
ratio in Ecclesia del Pilar ab Athanasio usque ad Petrum.  
Libranam siue ad annum 1118. quorum seriem refert Mu-  
rill. in tract. fundationis eiusdem Ecclesiæ à cap. 2 l. ad cap. 31.  
& P. Lezana d. cap. 2 l. à num. 34. per tot.

Præcipuè verò de Valerio, & Vincentio, quorum primus Epi-  
scopus, secundus Archidiaconus eidem Ecclesiæ præfuisse  
fertur, testantur Aymon. lib. 1. cap. 6. de translat. corporis S. Vin-  
centij, & Neoterici nonnulli relati in decif. sub num. 50. qui-  
bus Prudentij hymnus ad 18. Martyres conuenire videtur.

De S. Braulione incinit historia à partibus recepta ex bre-  
wario S. Hieronymi quæ his verbis quo die eiusdem Sancti  
memoriam celebrant, recitatur. *Disputatione autem longa*  
*consumata, & Synodo celebrata unusquisque ad propriam se-*  
*dem reuersus est. B. verò Braulius dum in Civitate Cæsarau-*  
*gustana in S. Maria maiori suam sédem diuinatus situasset &c.*

Secundum præber adminiculum scriptorū auctoritas, qui Ec- N. 4.  
clesiam Beatissimæ Virginis Cathedram expresse nunci-

A 2 pant.

*co[n]sideratione*